

Preceptum

De abstinentia et ieiunio.
Capitulum vij.

De abstinentia

et ieiunio tria sunt videnda.

Primo que sint utilitates consequentes ieiunio. et que mala sequantur non ieiunantes. Secundo qui teneantur ad ieiunandum quoniam et quare. Tertio de potentia abstinenti in homine.

Ad primum notandum primo quod ieiunium secundum theodosium in .iiij. dist. xv. est prima victus abstinentia ciborum. scilicet prima. scilicet prima victus spiritus est necessaria ad diversos actus habendum in sumendo et appetendo cibum. Sed secundum sanctam abstinentiam in certis cibis et potibus certis horis non spiritus necesse est suare sed quoniam ieiunium indicit ut postea dicitur.

Secundo notandum quod quintuplex ieiunium seu abstinentia est. scilicet nature per sacramentum eucharistie in sano necessarium. Secundum est spirituale. videlicet abstinerere a vitiis secundum Hieronymum. etiam ad electionem demonum necesse est. Tertium est meritorius ut discipulorum christi in triduo mortis christi. et etiam aliorum quibus dulcedo spiritualis subtrahitur. Quartum est gaudium ut discipulorum christi in eius presentia et devotorum in presentia solatio spiritualis. Quintum est ieiunium ecclesie quo tamen semel certa hora et certis cibis quos abstinet. et quis est fructus de hoc solus est ad propositum. **B** Tertio notandum quod gulosi quidam dicitur ieiunium minus virtutis esse actum. Quod secundum theodosium in .iiij. dist. xv. fructus .xij. et utilitates ieiunium in summa ponuntur. Primum est diminutio somnibus que ab adhaerentia et penitentibus praerantur. quod per peccatum non fit. tamen valde inclinat ad peccatum nisi ieiunium et alius opibus divinis sibi resistat. Sic fomes ignis est virtutum opera destrues si ligna ciborum et potuum inordinare sibi ministrant. Iohannes apostolus ait. i. Cor. ix. Castigo corpus meum et in servitute redigo. ne cum aliis predicaverim. ipse reprobus efficiar. Castigat etiam et domat corpus ut finiat aie faciliter et vitios non lasciviat. Secundus est delictio peccati. quod cum ait Gregorius. caro levis nos trahit ad culpam. afflictus ducat ad veniam

Sexum

Iohannes filius israel per peccatis ieiunaverit Iudic. xx.

Tercio est acquisitio virtutum et augmentatio. Plusquam ei spiritus virtute obtinemus nisi tempore per abstinentiam iteratis actibus insudemus. ut dicitur per batus in .iiij. et .v. Domato etiam corpore facilius servit spiritui ad virtutes. obediens dicit etiam in hoc ecclesie et sic meremur per obiaz.

Quartus est corporalis toris in presentia augmentatio. corpus enim resurgendo erit lucidum subtile impassibile et agile. et in corporali pulcritudine et aliis similibus unus erit alius excellenter. Ita autem qui sunt christi qui corpus suum crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis ieiunando Galat. v. verisimiliter erunt excellentiores in talibus donis que sunt accidentale primum. unde apostolus. i. Cor. ix. Unusquisque accipiet propriam mercedem secundum suum laborem.

Quintus est mentis elevatio. ut patet in helia que post ieiunium quadraginta diebus vidit visionem magnam. iij. Re. xix. Ieiunium etiam ad vitam intellectu acutiores sunt. quod per gulam aia corpori minus immergitur que per abstinentiam ad superna elevat. Sicut videtur quod secundum prophetam aves paucas carni apti et alti volat et vident. Et illa quoniam ratiunt in presentia ratione. Qui corporali ieiunio vicia propinquant. quo ad primum et secundum. mentis elevas quo ad tertium. virtute largiris quo ad quartum. et premia quo ad quintum. Sextus est corporis sanitas. unde Hugo de sancto victore. Natura humana in modico preterita est. consuetudo vero multa addidit et voluptas pluma aggregavit. Et ad vitam ieiunantes saniores sunt quam divites crapulosi. in quibus naturalis ignis tot victualia non valens consumere cito sic materialis ignis extinguit. Septimus est satisfactio notabilis per peccatum. sic. i. Re. vij. filius israel que offenderat dominum ieiunaverit diceret. Tibi peccavi domine. Eligendo regem Rone cuius est pro peccato ipsa abstinentia. Et ceteris partibus tanto plus de purgatione pena minuit. quanto plus ipsum corpus ledit.

Octavus est quod ieiunium et abstinentia est ad cautelam per peccatis futuris. puniri etiam curi recordat ne offendat de futuro que tamen presentia puniunt si de preterito patuit Ione. iij. i. ieiunium